www.e-rara.ch

# Origines Palatinae

**Freher, Marquard**

**Heidelbergae, 1686**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: Rh 208

Persistent Link: http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-45886

De admirandis incrementis potentiae palatinae, in hocce praesertim tractu. Caput XIV.

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

*comachus, in prisco* De rebus bellicis *libro ( qui Notitiæ utriusque Imperii subjunctus ) ornatus visitur. Atque egò compertum habeo, pleraque insignia, quorum meri colores, ex militari primò habitu manasse, seu ( quod hactenus eodem recidit ) in militum saga migrasse ex clypeis. Eant si qui fabulam de Psammetichi panibus probare adhuc possunt, commento vix poetis decorè usurpando. Rhombos plerique ter septenos observavêre; alii aliter constituêre. In causas ejus numeri; uti colorum itidem naturam & præstantiam, atque inde significatum, subtilius inquirere, vereor frustra fieri: etiamsi antiqua est numerorum superstitio, & benigna otiosis hæc omnis ad differendum materia. Tenuit apud Germanos mos iste deinde perpetuò. Tacitus genti uuiversim tribuit*, scuta lectissimis coloribus distincta, præcipuum cultum credere. *In quem etiam sensum scribit*, Germanorum scuta viminum textus esse, vel tenues & fucatas colore tabulas. Hæc ille, exquisitè & eleganter, ut omnia. *De morib. German.* *Annal. 11.*

Et sanè habent & aliæ illustres familiæ non absimile textum coloribus lectissimis variegatum, ut Badensis rubro cum flavo alternatum, Spanheimensis flavo cum cœruleo, Marchensis albo cum rubro, Teccensis flavo Wirtenbergensis flavo cum nigro, idque in rhombos pariter depressum. Quos Græci veteres ῥαβδωτὰ & πλίνθια scutulata vocabant, Scaligero notante: recentiores χαρτάρια, *quartaria*, Codini scholiaste doctissimo: Lombardi *Rutas*, Gallo-Franci *Lozenges*, nos Germani Weckhen/ (quæ vocula per πολυσημείαν suam, occasionem dedit fabulæ illi de panibus) vel etiam Rauten. *In Varron. pag. 67. Fr. Iunio pag. 273.*

## *DE ADMIRANDIS INCREMENTIS potentiæ Palatinæ; in hocce præsertim tractu.*

### CAPUT XIV.

POSSET etiam de admirabili fortunæ prosperitate, qua favente Palatina domus, post illam cum Bavarica conjun-

ctionem, in hoc tractu Rhenensi dominationis suæ fines protulit, longa texi commemoratio. Nam non in solo pago Lobodunense Heidelbergensem Cometiam, & Bacharacum cum adjacentiis insedit: sed vicinos plerosque pagos, hinc Nicrinum sive Neckergovve, usque ad Cochengovve, atque adeo ultrà; inde verò Rhenensem, ipsamque stratam montanam, & nemus Ottonicum, Creichgovve, pagumque Spirensem, & Wormatiensem ferè totum, usque ad Navensem, quin & Wasagi silvæ, Ripuariique Ducatus magnam partem, perpetuis successibus occupavit. Multos præterea Comitatus integros, ut Simmerensem, Veldensem, Gemini-pontis, Spanheimensem anteriorem & posteriorem, & Lutzelsteinensem, aliosque, diversis titulis modisque legitimis adquisivit, & Palatinatui incorporavit. Complures Reguli, Comites, Barones, Milites, ingenui, defensionis & patrocinii ergò, se suaque in Palatinorum fidem ultrò propria sponte dediderunt. Quæ omnia sigillatim exsequi esset infinitum, nec hujus loci. Sufficiat relegare curiosum Lectorem ad Irenicum lib. III. Exeges. cap. 51. Munsterum lib. III. Cosmogr. cap. 250. & seqq. De teloneis Rheni notavit Spiegelius ad locum Guntheri sæpe citatum, laudans auctorem Crantzium, in Saxoniæ (ut puto) lib. X. cap. 3.

Sed hisce successibus majus longè & potius adhuc Dei beneficium æstimandum est, quod Ecclesiæ hospitium, Justitiæ officinam, Scholarum nutriciam Palatinatum esse, eoque merito celebre per Orbem nomen habere voluit. Quod beneficium faciat nobis esse solidum & perpetuum, ille solus perpetuus, & unicus Imperiorum principatuumque stator & auctor Deus. Amen.

## *DE AMPLISSIMIS DIGNITATIbus familiæ Palatinæ: Archidapiferia Imperii, ejusque insigni globo crucifero; electione Regis & Imperatoris; Vicariatu in tractu Rheni; & cognitione in ipsum Imperatorem.*

CAPUT